



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

148 Idem, quod supra num. 141.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

dictum de jure civili facere processiones sine consensu Episcoporum ut in *auth. de sanctis Episc.* §. omnibus autem laicis, c. 9. l. 9.

146 Eisdem ¶ locorum Ordinariis etiam spectat eleemosynas, per loca quæritandi licentias, & facultates concedere, quia tota diocesis de jure, & regulariter est Episcoporum, c. omnes *Basilica*, 16. *quasi. 7. c. cum Episcopus*, & ibi Jo. Andr. *de off. ord. in 6. Abb. in cap. grave, num. 2.* & ibi Felyn. n. 1. *eodem tit.*

147 Illud ¶ verum privilegium concessum ordinibus mendicantium, ut, de suorum superiorum licentia, Episcopo inconsulto possint in ejus diocesi eleemosynas quærere, speciale est. Unde non sequitur, illos posse confraternitatibus, quas sibi aggregare contingit, idem privilegium communicare.

148 Quia privilegium ¶ mendicantibus concessum, illorum personas transgredi non debet, nec per eisdem aliis potest communicari, c. *constitutionem*, & ibi *gloss. in ver. prorogamus, de reg. in 6. capit. 1. in fin. juncta gloss. fin. de pœnit. & remiss. eodem lib. & Navar. in cons. 13 secundum ultimam impressionem Romanam. num. 2. de temp. ord. lib. 1. par. 1.*

149 Ordinarii itidem ¶ licet rerum ab ipsis confratribus administratarum singulis annis rationes videre, easque ab ipsis exigere, & ab administratoribus recipere, hæc enim sunt per concil. Trident. Episcopo concessa, ut in *eodem cap. 9. de reform. sess. 22 & in ead. cons. 13. §. atque hoc ipsum*, qui etiam de jure communi antiquo prædicta omnia faciendi, & super his statuendi jus habet, ut *cap. conquærente, ubi Abb. numer. 2. de off. ord. gloss. mag. in cap.*

dilectus, in verb. de begez & ibi etiam Abb. num. 4. eodem tit. & Iannoc. in cap. 1. num. 3. de stat. Monach. Procedit etiam dicta facultas visitandi ex dispositione *d. c. cap. 9. in capellis confraternitatum*, in ecclesiis regularium erectarum, quia Episcopi visitare, & administratores ad reddenda computa cogere possunt, ut *super eodem c. 9. à fact. congregat. fuit decisum, in decis. qua incipit, Episcopus visitat in ver. an confraternitates*, & ita per prædicta de anno 1609. dum visitarem diocesim Thelesinam juxta munus pastorale mihi injunctum, visitavi confraternitates sanctissimi Rotarii, sancti Antonij, Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, & sancti Benedicti in ecclesia monasterii Ordinis sancti Francisci conventualium erectas, & ab administratoribus eorundem confraternitatum administrationum computa recepi.

50 Eleemosynæ autem collectæ ¶ in reparationem & ornatum ecclesiarum, tam Ordinum, religionum, institutorum, erigentium, instituentium & communicantium, & Archieconfraternitatum, & congregationum erigendarum, instituendarum, & aggregandarum, & quibus communicationes fiunt, aut in alios eorum pios usus, arbitrio Vicarii Urbis in Urbe, nec non extra Urbem Ordinarium locorum respectivè fideliter exponi, & erogari debent, ut omnes intelligant celestes Ecclesiæ thesauros, non quæstus, aut alicuius lucri causa, sed pietatis, & charitatis excitandæ gratia ex Apostolicæ Sedis benignitate Christi fidelibus aperiri ut in *eadem constitutione, §. atque hoc ipsum*

Qua